Castren. Premyslien. Ternos dilationem sibi non recipienda,
nullasq. motiones, appellationes, ac earum prosecutiones faciendis
ac premissa omnia penis simplicibus vel triplicatis evasio-
nibus suspensionibus fatalijs Iuris praescriptione Terrestri
bellica conventioneq. ac aliis omnibus Iuris remediis et de-
fensis non subterfugiendis nec modo alio quovis evadendo
praesenti hac sua Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Dubrawski in Castell. Leo-polien. sortes suas vendit in vim reemptionis.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Ca- 509
stren. Capitan. Premyslien. Gnosus Franciscus Dubrawski
sanus mente et corpore existens, a Terris Districtibus Iu-
ribus Iurisdictionibusq. suis quibusvis propriis et competen.
receden. praesenti vero Castren. Capitan. Premyslien.
Iurisdictioni (quo ad Actum hunc attinet) se cum successo-
ribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et ple-
narie incorporando atq. subiicien. palam libere publi-
ce ac per expressum recognovit. Quia ipse bona Iuribus
suis subiecta nempe certas sortes in villa Srednia in Pa-
latinatu Russiae, Terra et Districtu praesenti Premysli-
ensi iacen. et consisten. cum Curia et Praedio ibidem siti

cum omni præmissorum Iure proprietate tituloq[ue] vendita-
tio omnibus et singulis bonorum eorundem utilitatibus, fru-
ctibus, proventibus, redditibus, commodis, emolumentis, ob-
ventionibus, tum agris, pratis, campis, pascuis, pascua-
riis, oilagiis, sylvis, boris, gais, nemoribus, indaginibus,
rubetis, vepretibus, mericis, virgultis, hortis, pomariis, se-
pibus, sepimentis, apisteriis, apum mellificiis, structuris,
ædificiis, tabernis, molendinis, horreis, holodiis, granariis
stagnis magnis et parvis, piscinis, pisciunculis, fluviis,
fluminibus, rivis, rivulis, torrentibus, aquarũ decursibus,
lacubus, paludibus, atq[ue] subditis, Cmethonibus, hortulanis, in-
quilinis eorundem laboribus, censibus, dationibus, vecturis,
muniis, obsequiisq[ue] et officiis quibusvis, attinentiisq[ue] et
pertinen[tiis] generaliter universis, nihil ex præmissis Iuris
dominii proprietatis ac cuiusvis competentiæ et praga[ti]-
væ pro se Recogn[en]te suisq[ue] successoribus aut quopiam alio
reservando seu excipiendo sed omnibus in genere et
singulis in specie comprehensa generi per speciem et
e contra in nullo derogando verum ita late longe circum-
ferentialiter prout præfatorũ bonorũ hæreditas se in suis
metis, et limitibus ab antiquo extendit et extenditur et pro-
ut eadem bona ipsemet Recogn[en]s tenuit habuit et possi-

debat ipsumq concernebant ac eidem bene serviebant. Iam
ex nunc et de facto Illustri et Mgco Andreæ Maximi-
liano a Pleszowice Fredro Castellano Leopoliensi eiusq
posteris pro summa quinq millium florenorum Polonicalium
iam per se Recognoscentem levata et percepta de qua præ-
sens quietatur, hinc et ab Actu præsen ad diem et festum
Conversionis Sancti Pauli Apostoli in Anno millesimo sex
centesimo Septuagesimo secundo proxime et immediate ventu-
ro incidens et in defectu protunc bonorum eorundem exem-
ptionis summæq suprascriptæ totalis et integræ realis perso-
lutionis, ex tunc de Anno ad Annum, Festo ad Festum pro
simili die et festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli se se
determinante Annis et Festis se se continue et immediate
sequen usq ad exemptionem bonorum eorundem summæq præ-
memoratæ totalis et integræ realem et effectualem
persolutionem vendidit, inscripsit, et invadiavit, prout
præsen vendit, inscribit, et invadiat in vim tamen re-
emptionis, alias na wyderkaff # In quæ quidem bona seu
sortes memoratas præmissaq omnia præsen inscripta et
vendita iam ex nunc et de facto suprascriptus Recognoscens
Gnosus Dubrawski prænominato Illustri et Mgco Castel-
lano Leopolien eiusq posteris coram offo præsen dat
et admittit realem Intromissionem et actualem pacifi-

\# Seu cum pacto retroemendi et retro Vendendi

camq[ue] Possessionem per nuntium quemcunq[ue] competentem et Nobiles duos die quacunq[ue] voluerit officiose acceptandam per ipsum Illustrem et Magnificum Andream Maximilianum de Pleszowice Fredro Castellanum Leopoliensem Emptorem suum eiusq[ue] Posteros bona suprascripta praesentibus vendita cum universis eorundem utilitatibus et usufructibus competentiaq[ue] et praerogativa quavis tenendi habendi et possidendi illisq[ue] quiete et pacifice utifruendi, ac ad suos suorumq[ue] successorum quosvis beneplacitos usus fructus libere et effectualiter convertendi inscriptionis praesentis reemptionalis vigore, debetq[ue] et tenebitur memoratus Recognoscens Generosus Franciscus Dubrawski prout se ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat in et super bonis suis generaliter omnibus summisq[ue] pecuniariis quibusvis habitis et habendis suprascripto Illustri et Magnifico Castellano Leopoliensi inscribit et obligat praesentibus ipsum et eius successores in dictis bonis praesentibus in vim reemptionis inscriptis et ratione eorundem omnium ab omni et quavis impetitione Iuridica quarumcunq[ue] Personarum cuiuscunq[ue] conditionis status et sexus cuiusvis existentium exorienda in omni Iudicio et Officio Regni semper toties quoties opus fuerit, tueri defendere, evincere, intercedere,

et eliberare, indemnemq cum Posteris reddere, nec non hæc
eadem bona præsen^ts^ in vim reemptionis inscripta ab om-
nibus in genere Juribus et inscriptionibus prioribus
et posterioribus semper præmissa omnia in vim reem-
ptionis inscripta et invadiata modo quovis cuicunq
Personarum factis et faciendis tum etiam a quibusvis
citationibus super eadem præmissa omnia modo quo-
vis importatis et importandis Lucris deniq et Perdi-
cis, Processibusq Juris quibusvis in quocunq puncto
et gradu Juris dependentibus et in quovis Judicio ac
Officio Rni obtentis et obtinendis, ac super præmissis
omnibus præsen invadiatis perductis et perducendis
emundare et eliberare mundaq et libera semper face-
re ac etiam Intromissionem præfata coram Officio
præsen admissam in fundo bonorum præfatorum per
præsentes venditor, dum per Mdum et Nobiles duos of-
ficiales requiretur non denegare, imo debebit et tene-
bitur, eandem libere dare et effectualiter admittere,
dataq et admissa eadem, Possessionem et usumfructum præ-
missorum omnium præsen modo reemptionis inscriptorum
quovis modo tam per se quam per suos quosvis sub-
ordinatos et submissas Personas non præpedire nec

adimere ipsumq[ue] Illustrem et Magnificum Castellan[um]
Leopolien[sem] Emptorem suum et ipsius Successores in
præmissis nullo modo iniuriari ita ut eadem bona præ-
missaq[ue] omnia præsen[tibus] vendita cum universis eoru[m]
utilitatibus et usufructibus attinentiisq[ue] et pertinen-
tiis generaliter universis tenere, habere et posside-
re queat, illisq[ue] quiete et pacifice uti frui possit.
Idq[ue] sub vadio summæ similis quinq[ue] millium floreno-
rum Polonicalium per eundem Recognoscentem
Gnosum Franciscum Dubrawski sive eius poste-
ros suprascripto Illustri et magnifico Castellano
Leopolien[si] aut eius Successoribus, ob non completio-
nem præmissorum omnium et singulorum tam
in parte quam in toto toties quoties opus fuerit
ad solvendum succubent # ac pro re aliqua Princi-
pali ex præmissis non completa complenda Citatus
existens memoratus Recognoscens Gnosus Fran-
ciscus Dubrawski sive eius Successores Ad In-
stantiam suprascripti Illustris et magnifici An-
dreæ Maximiliani a Pleszowice Fredro Castella-
ni Leopolien[sis] aut ipsius Posterorum Ad Officiu[m]
præsens Castrense Capitan[eale] Premyslien[se] ex tunc re-
Pro quo quidem vadio modo præmisso ad solvendum succubito.

cessu suprascripto quo ad respondendum spectat mediante semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare, Iuri parere, respondere, vadium et vadia prætactis luere, Inscriptioni præsenti satisfacere, ac omne Iudicatum pati debebit et tenebitur seque ac suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat præsentibus, illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes causæ eiusdem Terminos semper peremptorios vera infirmitate pro maiori minorennitate Successorum legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad Exercitum, vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem præterea ultra proximos Officii præfati Castrensis Premysliensis Terminos Dilationem sibi non recipiendo, nullasque motiones appellationes ac earum prosecutiones faciendo, ac præmissa omnia pœnis simplicibus vel triplicatis, evasionibus, suspensionibus, fatalibus Iuris, præscriptione Terrestri, bello, conventionesque ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo præsenti hac sua Recognitione ad præmissa omnia mediante.